SIGISMVNDVS AVGVSTVS Dei gratia REX Poloniæ: magnus DVX Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; etc: Dominus & HÆRES.

VNiuersis et singulis Principibus Ecclesiasticis et Secularibus dominis Archiepis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis, Locumtenen. Regentibus, Gubernatoribus, Vicessecretis, Ciuium Magistris, Consulibus, Officialibus, Teloneatoribus, Pontium, Passuumq; custodibus ac ceteris quibuscunq; ad quos presentes littere mee peruenerint, amicis nris Salutem et omne bonum. Subditis verò nris Gratiam meam regiam. Ill^{rem} Petrum Barzi de Blozewo, Castellanum Præmslien, et Capitaneum Leopolien, vnum ex consiliarijs nris, virum cum virtutibus ipsis, tum fami; lia etiam sua in regno meo clarum, designauimus Oratorem nrum, ablegauimusq; eum in negocijs nris primum quidem ad Curiam Romanam et Sedē Apostolicam. Deinde verò ad Sex^{mum} Dominū Hispaniarum etc Regem, fratrem & consanguineum meum char^{mum}. Itaq; visum est nobis, eum do: nris de quorum erga nos benevolentia et studio optime nobis persuademus, literis nris cōmendare, vti quidem cōmendamus. Subditis verò nris mandamus, vt per loca et dominia sua, quacunq; iter suum direxerit, ibi tutum, securum, et bemignum illi transitum, cōmorationem, ac redeūt præstent, à solutione etiam quorumuis vectigalium, Teloneorum, seu quocunq; nomine alio nuncupatorum eiusmodi præstationum minime et liberum efficiant: eumq; ita tractent, vt & persona Oratoris mi quam sustinet, et virtus, humanitas, moresq; adeo ipsius postulant: de salvo conductu etiā illi, si opus habuerit, prouideant. Nec quicq; ab eo pestilentis contagionis metuant. Dei enim Opt. Max. beneficio, ea loca, vbi nos agimus, et per quæ ipse proficiscitur mita; ta & illesa à contagione ipsa existunt. Quod do: vtarum erga nos studium, pari vel maiori demceps benevolentia referre studebimus. Subditis verò nris, ne secus fecerint mandamus pro gratia ma. Datū Vilnæ, die X. MARCY. Anno Domini M. D. IX. VI°. Regni verò mi: XXXVII°.

Sigismundus Augustus
Rex Pol.

G-11-33-6